

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clarissimo uiro, eruditione & uirtute praestanti, D.N.N. amico & fratri  
suo,&c.Phil.Mel. S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

peribus scholasticis nostris hospitium & uictus da-  
tur in xenodochio. Et Vitus enarrat Esalam. Ita cō-  
fugient literæ in urbes honestas, desertis regioni-  
bus, qui perniciosis tumultibus & Ecclesias concu-  
niunt, & sua fastigia euertunt. Scriptum Menij ab-  
solui: addidi etiam *ωγολεγόμενα* nescio qualia.  
Quid enim hoc tempore scribi potest, cum non tan-  
tum supplicia nobis metuēda sunt, ut olim Timæus  
ab Agathocle in crucem actus dicitur, & pulsus in  
exilium Theopōpus. Sed hoc quoq; formidandum,  
ne irritati scriptis, uel incensi Principes magis in  
Rempublicam sæuiant. Scis quā sepe doluerim  
incendi eos ab ijs, quos oportuerat frenum iniicere  
eorum cupiditatibus. Pagellas adferet meus cur-  
sor, dandas typographo. Bene uale. In ferijs natali-  
tjjs, 1547.

Illud quoq; adscribendum esse duxi, quod peti-  
turus eras, ne ligna in ædibus meis absument mili-  
tes: ne petito, sine ut lignorum usu frigus arceant,  
& cibos coquant. Frumentum & uinum tibi com-  
mendo, quibus te & socerum uti uolo.

Reuerendo D. Pastori, & Crucigero, & collec-  
gis salutem opto.

Clarissimo uiro, et uirtute & uirtute  
præstanti, D. N. N. amico & fratri  
suo, &c. Phil. Mel. S. D.

Hunc Pancratium Bauarum, honestum & do-

# 4 E. 1199

Clar.  
II, 125.

Etum uirum, præferunt principes Ascanie in loco uicino Serueste. Quare ad uos mittitur, ut ueteri & diuinitus tradito ritu commēdetur ei ministerium Ecclesiasticum. Ut uictimis manus imponebantur: ita & Ecclesiæ ministri simili ritu uocantur, ut meminerint se esse uictimas. Simus igitur paratis animis ad ærumnas ferendas: & tamen speremus, cum diuinitus nobis impositæ sint manus, nos sustentari auxilio diuino, et regi manibus Dei. Reliqui in adibus tuis candelabrum & pixidem, quam usum in spargenda arena madentibus charis. Hec asserues nobis, aut huic Pancratio adferenda tradas. Bene & feliciter uale.

Asidebat hæc scribenti D. I. C. qui heri aduenit cum principe Georgio. Coniugem & familiam suam misit Arnstadium, ut inde mittat Norimbergam. Fortè enim Daschium inuenit Mersburgum, cui familiam adiunxit. Hodie dicitur huc uenturus Marcho Elector.

Nostræ filiolæ Catharinæ emito *Saxinæ* plantulas in myrpolio.

Clarissimo uiro, eruditione & uirtute præstati, P. Ebero, amico & fratri suo charis. Philipp. Melanchthon  
S. D.

Sentio acriores dolores in hoc tristi spectaculo  
partus

II, 149.